



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 2. Vtrum disparitas cultus sit impedimentum dirimens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

^{g.} Nascitur
ex matri-
monio
præsum-
pto.

tamen habere vim sponsalium, vt dicuntur déclarasse Cardinales qui interpretando Concilio præsunt. Contrarium tamen non est improbatum, si verba Concilij expendantur, quamdiu illæ declarations non sunt authenticæ emissæ in lucem.

Quo ad tertium: Nascitur id ex matrimonio præsumpto in facie Ecclesiæ contracto. Ita Couar. cap. 6. §. 2. nu. 2. & Nauarrus cap. 22. nu. 57. vbi dicit Pium V. id declarasse. Vnde quod idem Nauarrus numero sequenti ait hoc impedimentum non nasci ex matrimonij contractis inter consanguineos & affias intra gradum prohibutum, aut cum initiato sacrâ, aut cum Religioso, quia sunt inualida; vel verum non est, cùm repugnet ei quod ante dixit: vel debet intelligi de huiusmodi matrimonij clandestinæ contractis; vt in frâ insinuat.

CAPVT XI.

De impedimento Criminis, Disparitas cultus, Violentia, & Ligaminis.

DVBIVM I.

Vtrum sit aliquod crimen, quod irritat Matrimonium?

¹⁷⁹
Primum
crimen.

R Espondeo: Esse quædam crimina, quæ matrimonium irritant, idque in tribus casibus. Primus est: Si vxor tua, cum alio confipiet in tuâ mortem, vt possint simul contrahere, & ex illorū machinatione mors sequatur; tunc enim inter eos nullo modo potest constare matrimonium, quamvis non intercesserit adulterium. Idem dicendū, si maritus in mortem vxoris conspiret cum alia; Patet Capitulo Laudabilem, de Conuersione Infidelium. Hoc impedimentum statuit Ecclesia ad tollendas occasiones occidendi coniuges.

Crimen hoc debet fieri veriusque consentiu. Et animo contrahendi.

Secundum crimen.

Tertium crimen.

Duo autē hic sunt notanda. Alterum est, occasionem debere fieri vtriusque conspiratione. Si enim alterius tantum machinatione fiat, altero nesciente, non irritat matrimonium; vt patet ex Capitulo citato, nisi interuererit adulterium, vt statim dicetur. Neque sufficit, si alter post factum ratum habeat; quia rati-habitus illa non est causa actus. Sufficit tamen consilium & iussio: quia hęc concurrunt ad opus. Alterum est, vt occisio fiat animo contrahendi: si enim alio fine fiat, non impedit; vt rectè Glossa in Capit. Super hoc, De eo qui duxit; quam sequuntur communiter Doctores contra Caietanum verbo Matrimonij impedimenta, Capu 5.

Secundus casus est: Quando alter coniux adulterium committit cum alio; & vt possit cum eo contrahere, interficit suum coniuge, eti adulterio ignorante. Similiter si adulterio interficiat maritum adulteræ in eum finē, eti ipsa non consentiat. Patet Capitulo Super hoc, De eo qui duxit.

Terter casus est: Adulterium cum coniuge alterius scienter committere, & contrahere matrimonium cum eo ante mortē coniugis, vel dare fidem de contrahendo per verba quæ ex se ad sponsalia sufficient. Ita habemus Capitulo Significati. & Capit. Ex literis, De eo qui duxit. Quod

si non sit verè coniux, licet putetur esse, non incurrit hoc impedimentum. Similiter si detur fides, aut contrahatur matrimonium secundum sine adulterio interveniente: debet enim vtrumque adesse, idque ante mortem coniugis. Vnde si puella probabilitate ignoret Petrum esse coniugem alterius, quamvis adulterium cum eo committat, & contrahat cum eo, vel vtrō citroque dent fidē de contrahendo in futurum, nō nascitur hoc impedimentum; nisi illa, postquam cognoverit Petrum habere vxorem, rursus cum eo adulterium committat. Ita Nauar. & alij Doctores ex capitulis citatis. Quod si ipsa post cognitionem non cōmisserit amplius adulterii, tenebitur Petrus mortua vxore cam ducere, si ipsa velit; vt habetur Capitulo Propositum, De eo qui duxit in matrimonium. Et ratio est: quia ex parte pueræ fuerunt valida sponsalia, & sub spe futuri matrimonij bona fide concessit vsum corporis.

DVBIVM II.

Vtrum Disparitas cultus sit impedimentum dirimens?

R Espondeo, & Dico Primo: Disparitas cultus ¹⁸⁰ est impedimentum dirimens: nempe inter baptizatum & non baptizatum. Est communis sententia Theologorum & Canonistarum, qui id inter baptismatum & non baptizatum tradunt. Sed difficultas est, quo iure id fiat.

Dico Secundo: Matrimonium per hoc impedimentum non dirimitur Iure naturæ, neque diuinæ, sed uno positivo, neque Ecclesiastico scripto, sed Iure Ecclesiastico consuetudine recepto.

Non Iure naturæ: nam multa extant Sanctorum exempla, qui cum infidelibus contraxerunt. In lege veteri Genes. 41. v. 50. Ioseph accepit uxori filiā Phutipharis sacerdotis idolorum. Moyses filiā Iethro Exod. 2. v. 22, & Äthiopissā Numer. 12. v. 1. David filiam Régis Gessur 2. Reg. 3. v. 3. Esther nupsit Assuero, lib. Esth. c. 2. In novo testamento, Monica S. Augustini mater habuit virum gentilem, & Clothildis nupsit Clodouco Regi Francorum ethnico. Imò huiusmodi coniugia olim erant frequentissima; vt testatur D. Augustinus lib. De fide & operibus, cap. 19. Ratio est: quia talis coniunctio non est contra matrimonij finem: potest enim ex ea proles suscipi, & etiam aliquo modo in Religione enutriri.

Non etiam Iure divino: quia tale nullum Ius extat, præsertim in lege noua: Etsi enim in lege veteri Deus prohibuerit Iudeis matrimonia cum infidelibus, vt patet Deuter. 7. & 3. Regum 11. Tamen hoc præceptum, quatenus irritabat matrimonium, erat iudiciale, non morale; ac proinde una cum legi veteri abolitum. Quod patet, quia solum prohibebat matrimonia cum infidelibus habitantibus in terra Chanaam, quos Deus volebat omnino deleri; non autem cum gentibus remotoribus, vt Persis, Medis, Chaldæis, Ägyptijs, illis tantum Ägyptijs exceptis, qui in terra Chanaan habitabant, de quibus Esdra lib. 1. capite 9.

Dices: 1. ad Corinth. 7. v. 39. Apostolus ait, Si dormierit vir eius, cui vult nubat, tantum in Domino: id est, cum Christiano; vt Theodoretus & Anselmus, in hunc locum.

Respondeo:

382 Cap. II. De Sacramento Matrimonij. Dub. 3. 4.

Respondeo: Hinc ut sumnum probari, matrimonium cum Infidelibus esse illicitum, non tam
amen esse irritum. Nam matrimonium cum hæretico non contrahitur in Domino, iuxta mentem A-
postoli; & tamen irritum non est.

182
Nec Iure Ecclesiastico scripto.

Non Iure Ecclesiastico scripto est irritum: nam nullum tale Ius reperitur. Concilium quidem Chalcedonense can. 13. prohibet matrimonia cum Iudeis & Paganis, non tamen illa facit irrita: nam similiter prohibet matrimonia cum hæreticis, que tamen constat valida esse. Dices: Concilium To-
letanum IV. can. 6. iubet Iudeos, qui Christianis iuncti sunt, aut conuerti, aut separari. Respondeo
hoc Concilium non est generale, & solum agit
de incolis Hispaniæ, vti supra diximus capite 5.
num. 95.

183
Sed tam ex recepto vni Ecclesiastico.

Ex dictis sequitur, solum more & consuetudine Ecclesiæ, que vim legis habeat, hoc impedi-
mentum esse introductum. Idque merito: tum quia tale matrimonium non potest esse Sacramen-
tum, quod requirit uterque fit baptizatus; est enim contractus duorum: tum quia in lege veteri
matrimonia Iudeorum cum infidelibus eorum
regionem incolentibus irrita erant: tum denique,
quia periculum est coniugi & prolibus, ne ab in-
fidelis peruertantur.

184
Coniugium fidelis cum hæretico illicitum, non irritum.

Dico Tertio: Disparitas cultus, que est inter
fidelem & hæreticum, Iure naturæ & Ecclesiasti-
co est impedimentum impediens; id est, reddens mat-
rimonium culpabile, non tamen irritum. Ratio
est: Tum quia est periculum peruerptionis; tum,
quia in Religionis ista discrepantia vi pax domes-
tica seruari potest. Vide Ambrosius lib. 1.
de Patriarcha Abraham c. 9. vbi inter cætera sic ait;
Cave Christiane Gentili aut Iudeo filiam tuam tradere.
Cave, inquam, gentilem, Iudeam, aut alienigenam, id
est, hæreticam, & omnem alienam à fide tua, accersas
sibi. Vide etiam Tertullianum lib. 2. ad vxorem,
vbi fusè prosequitur pericula talis matrimonij.

DUBIVM III.

Vtrum metus vi incusus, & raptus sint
in impedimentum dirimens?

185

Q Vòd ad vim attinet, seu metum vi incusum,
quomodo matrimonium irritet, supra di-
ctum est cap. 4. dub. 7. & seq.

Raptor est
inhabitabilis
ad contra-
kendura.

Solum hic addenda quedam ex Concilio Tri-
dentino sess. 24. cap. 6. vbi decernit Primo, in-
ter raptorem & raptam, quamdiu est in eius potes-
tate, non posse matrimonium constare. Vnde que-
runtur, debet prius à raptore separari, & in loco
tuto constitui; alioqui eius consensu erit irritus,
etiam si omnino sponte præstetur.

Infamis.

Aduerte tamen hoc esse nouum, Iure antiquo
minime necessarium. Sufficiebat enim ipsam libe-
re consentire, quamvis adhuc in eius potestate
esset. Quod notandum est pro illis locis, vbi Con-
cilium non est receptum. Vide Nauarum lib. 4.
Consiliorum tit. 3. consilio 2.

Excom-
municatus.

Secundo: Decernit raptorem perpetuo esse in-
famem, & omnium dignitarum incapacem. Hoc
quidam intelligunt, nisi raptam duxerit: si enim
duxerit, non fore infamem vel incapacem. Sed
Concilium insinuat contrarium.

Tertiò: Decernit ipsum esse de facto excom-
municatum.

Quartò: Omnes, qui illi consilium, vel fau-

rem, vel auxilium ea in re præbuerint, esse ciuitatis Excom-
municatos, & infames.

Quinto: Raptorem teneri ad dotandam rá-
ptam arbitrio iudicis, siue cam duxerit, siue non.
Sed ad hoc non obligatur, nisi post sententiam.

Si credas
vxorem
esse vivam,
que reuerà
sit mortua;

ad doteñi

DUBIVM IV.

Vtrum ligamen seu vinculum alterius mari-
monij dirimat matrimonium subsequens?

R Espondeo: Vinculum alterius matrimonij
seu ligamen Iure naturæ dirimit omne aliud
matrimonium. Patet ex dictis supra cap. 4. dub. 7.

Petes Primò: Vtrum matrimonium sit vali-
dum, si quis credens uxorem suam esse vivam,
contrahat cum alia, cum tamē illa reuerà sit mor-
tua. Similiter si contrahat cum ea quam putat esse
confanguineam, cum tamen reuerà non sit: Na-
uarrus cap. 22. Enchiridij num. 43. & 56. respon-
det negatiuè. Similiter Dominicus Soto dis. 37.
art. 3. & Silvester 3. matrimonium 8. num. 13.
Ratio illorum est; cō quod, cum iste credat mat-
rimonium non posse esse validum, fieri nequeat
ut habeat voluntatem absolutam contrahendi.
Nemo enim potest absoluē velle quod iudicat
esse impossibile.

Sed dicendum est cum Couat. 2. parte, & mul-
tis alijs, validum esse tale matrimonium, si con-
trahens exprimat, vel saltem intendat contrahere
quantum potest. Nam si quis contraheret cum hac
conditione, Contraho tecum si possum, etiam si existi-
maret se non posse, firmum esset matrimonium,
modò verè ex parte rei non subsit impedimentū:
ergo & istud firmum erit; quia intendit contra-
here quantum potest. Par modo si quis putet se
non posse donare, tamen de facto donet quantum
in ipso est, donatio erit valida si poterat donare.

Petes Secundò: Vtrum is qui adhibita diligen-
tia per multos annos nihil intellexit de vita con-
iugis, possit contrahere cum alio?

Respondeo: Certum est non posse: nisi ipse
habeat moralem certitudinem de eius morte, qua-
lis habetur per nuntium fide dignum; vel quando
tanta sunt indicia, ut æquivalent certo nuntio.
De quibus iudicabit Iudeo Ecclesiasticus. Patet
Cap. Dominus, de Secundis nuptijs.

Dices: Capite Perlatum, Qui filii sunt legitimi,
Alexander III. laudat Episcopum Vintonensem,
qui mulierem quandam separavit à viro in extera
regione posito, deditque ei licentiam nubendi al-
teri; cō quod non posset continere, quamvis vir
nondum putaret mortuus. Et dicit Pontifex fi-
lios ex secundo marito esse legitimos.

Respondeo: Pontifex laudat Episcopum il-
lum tanquam prouidum, quod diligentiam adhi-
buerit ut vir rediret: non tamen laudat quod
promulgauerit diuortium; neque laudat uxorem
quod secundò contraxerit. Nam hec sunt contra
Ius diuinum. Quod autem filios dicit esse legiti-
mos, causa est, quod diuortium per Ecclesiam fa-
tum fuerit, eti male.

CAPVT XII.

De impedimento impotentia.

DUBIVM